



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 8. Ultrajectina Provincia sacræ Sedis auctoritate Cæsari asserta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Episcopo, ejusque Capitulo hæc verba Sæcul. XVI.
A.C. 1528.
reposuit: nil propius est, quam quod
pacem nobis sat proficuum cum Galliarum Rege, cui Geldriæ Dux foedere junctus est, ineamus; quapropter Ducem coercere haud possumus, nisi saltem Ultrajectina ditio Belgii imperio adjungatur. His verbis haud obscure significabat, se in petiti auxilii præmium hujus Provinciæ dominium affectare.

Dura equidem videbatur conditio; de suprema enim jurisdictione penitus amittenda agebatur, nihilominus Episcopus, ejusque Canonici, cum nihil intentatum relinquerent, ut Geldriæ Ducem, quantum in ipsis esset, opprimerent, ejusque ausibus Cæsarem potentissimum hostem opponerent, hinc sese Caroli Imperatoris imperio subdicere haud detrectabant.

§. VIII.

Ultrajectina Provincia Sacrae Sedis auctoritate Cæsari asserta.

Cum vero Ultrajectensis ditio Belgii Statibus absque Sedis Apostolicæ auctoritate uniri haud posset, ad Leonem

Sæcul. XVI. nem X. (*) supplices literæ expediebantur, qui etiam cuncta, quæ petebantur, lubens concessit, eo quod Cæsaris patrocinio indigeret, ut Medicæorum Familiam ad Florentini imperii dignitatem elevaret. Igitur Ultrajectinæ Provinciæ unionem cum Belgio factam auctoritate sua confirmabat, omnesque, si qui forte in his pactis irrepsissent, defectus ex Apostolica, plenaque potestate supplebat. Facta est hæc domini tempor-

*De rebus
Eccl. Ultraj.
hisl. in 4to.
impr. ann.
1725 p. 1.*

(*) Quam periculosum sit in rebus Historicis ex corrupto fonte aquam haurire, crebræ demonstrant Continuatoris hallucinationes: Cæsarem insimulat, quod ex nimia Ultrajectinam Provinciam eripiendi cupiditate auxilium Henrico præstiterit, & hæc nullus Historicus testatur, & ipse Lambertus Hortensius rerum Ultrajectensium Scriptor, licet Hæreticus, ea reticet; Episcopum ea, quæ ex zelo fidei egit, nonnisi in odium Geldriæ Ducis fecisse, Continuator redarguit; nullum tamen hujus rei testem adducit. Denique Leonis X. auctoritatem fuisse imploratam scribit: cum tamen anno 1528. a Cæsare unionem Provinciæ petitam asserat, & ipsum Leonem X. jam anno 1521. mortuum fuisse referat; huic accedit, quod primum anno 1529. Clemens VII. Geldriæ Principatus jura in Carolum V. edito diplomate transtulerit.

poralis accessio ad Belgii ditionem ex
 consensu Caroli V. die vigesima prima
 Octobris Anno Domini millesimo quin-
 gentesimo vigesimo octavo.

Sæc. XVI.
 A.C. 1528.

§. IX.

De pace Cæsarem inter & Galliarum Regem irritato successu actum.

Ratio, quam Cæsar Ultrajectensi Episcopo, ejusque Capitulo proponebat, veritati haud dissona erat; quippe communis emanabat fama, quod pax Cæsarem inter & Franciæ Regem brevi firmanda foret, totusque difficultatis cardo in eo verti videretur, ut decerneretur tempus, quo Lautrecus, qui Gallicis copiis imperabat, ex Italia revocaretur: contendebat Cæsar, quod Galli primo ex Italia discederent, ac demum ambo Regis Filii, qui obsides Madriti hærebant, liberi demitterentur. Ex adverso Franciscus Galliarum Rex postulabat, ut horum liberatio copiarum discessui aut præmitteretur, aut saltem uno eodemque tempore utrumque fieret. Justa & æqua Cæsareis Ministris videbatur Regis petitio; quapropter Carolum urgebant, ut ipse præter cautionem ab Angliæ Rege præstitam nil aliud interea peteret, eoquod Henricus

Hist. Eccles. Tom. XXXV. D d Rex